

Codex diplomaticus Fuldensis (Ed. Dronke) Nr. 616

In nomine sancte individue trinitatis Ludewicus Romanorum imperator augustus. Quoniam ea que monasterii locis deo dicatis a fidelibus sancte dei ecclesie iure traduntur nostra auctoritate corroborari debentur. Idcirco notum esse volumus omnibus nostris Christique fidelibus tam futuris quam presentibus. Qualiter ob petitionem fidelis nostri Sigehardi fuldensis abbatis tradimus et confirmamus eidem fuldensi monasterio loca quedam a nostris parcutibus Pippino et Carlomanno contradita hoc est Cellingen. Recibah. Tetdelbach. Et Huntensfeld. Cum omnibus appendiciis et compertinentiis suis traitaque et confirmata ea in perpetuum esse decernimus. Iussimus ergo presentem eartam inde conscribi et nostre auctoritatis precepto eam confirmari per quod iubemus firmiterque mandamus ut predictus abbas de his locis firmam habeat potestatem quicquid utilitatis sue ecclesie exigit iude faciendi sine ullius contradictionis obstaculo. Et ut hec tradicio firmiorem in die nomine postmodum obtineat stabilitatem manu nostra subter firmavimus anuloque nostro signiri iussimus. Signum domni Ludowici gloriosissimi imperatoris augusti.